

*R. N. II, 145.*  
*N. 28, 7.*



X 1880736

I. N. F.  
TRACTATIO  
DE  
JURE PRÆSIDII,

vulgò

Besatzungs-Recht/

AUCTORE

AHASVERO FRITSCHIO, D.

Com. Pal. Cæs. Consil. aul. & Consist.

Schwartzburgico.

---

JENÆ.

Sumptibus JOHANNIS Bielcken/ Bibliop.

1671.









*Ad Lectorem.*



um superioribus annis de ju-  
 re *aperturæ ac fortaliti* dis-  
 fertatiunculas conscribere  
 placuerit, non incongruum nobis  
 visum fuit, etiam de *jure præsidii*, ut-  
 pote materiâ adfini, pauculis agere.  
 Qualia qualia igitur fuerint, quæ pa-  
 gellis hisce continentur, ut Lector  
 benivolus, æqui bonique consulat,  
 rogo. *Rudelst. è Musæo. d. 31. Maj.*  
 Cl. Ioc LXXI.

INDEX







# INDEX CAPITUM.

## CAPUT I.

Nomen, definitio, ac divisio.

## CAP. II.

Cui præsidii jus competat?

## CAP. III.

An & quatenus jus præsidii in alieno territorio competat?

## CAP. IV.

Quibus modis in alieno territorio jus præsidii legitimè adquiratur?

## CAP. V.

Juris præsidii usus & exercitium.

## APPENDIX.

INDEX

I. N. 7.





I. N. 7.

TRACTATIO

DE

JURE PRÆSIDII.

CAPUT PRIMUM

NOMEN. DEFINITIO.

DIVISIO.

SUMMARIA.

*Vocis præsidii varia significationes. n. 1.*

*Etymologia. n. 2.*

*Vox Besatzung in materiâ Salinarum Hallensium quid no-  
tet? num. 3. 4.*

*Jus Præsidii quid sit? s. 6.*

*Præsidiorum divisio n. 7. & seq.*



PRÆSIDII vox variè accipitur I. <sup>1</sup>  
*præsidium est actio Præsidis. 2. cum Præses au-  
toritatem habeat, & defensor sit, Præsidium  
pro auxilio est. 3. Principale in specie auxi-  
lium, auxiliū militare. 4. Locus, in quo aliquis  
tutus est. 5. Militum numerus, qui sub uno Præfecto, eiuem  
Commendanten oder Hauptmann/ ad loci alicujus custodiã*

A

collo-



collocantur: aut etiam personæ. Hi præsidarii milites dicuntur. Gloss. Præsidia, Φυλακῆς, Φρέσια. Item Præsidium πρὸς Φυλακῆν, παρεστῆσιν, πρόνοια, Φρέσι; Martin *Etymolog. b. v.* Varroni (*lib. 4.*) Præsidium est dictum, quia extra castra præsidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset. Festo Præsidium est, quod pro utilitate & salute alicujus, auxilii gratiâ præponitur: Subsidiium, quod post positum est ad subveniendum laborantibus. Budæus, (quem refert Martini. *cit. loc. annot. poster. in pandect.* Accursium arguit, quod in interpretandâ Lege: qui in præsidio captus est, in eadem conditione esse certum est: ignoravit, Præsidium significare numerum & stationem militum ad urbis vel arcis custodiam destinatorum.

2. Est autem Præsidium à præsidere dictum, quod verbum in nostro significato legitur apud Cornel. Tacitum, *lib. IV. Annal.* ibi: *rostrata naves præsidebant.* Italis dicitur *guarnigione, guardia.* Gallis, *garnison,* quæ vox etiam accipitur pro loco, in quo præsidium habetur. Germanis, *Besatzung* // à *besezen.* *Rec. Imper. de anno 1543.* S. *damit aber 12. Fußknechts-Bestallung zu Speyer / de anno 1570. art. 14. ibi: in*  
 3. *einer Besatzung geschützt würden.* Hodie etiam peregrina  
 4. *na vox guarnison, ut multa alia loquendi usu recepta est. Coeterum in materiâ salinarum Hallensium vox Besatzung/ notat adum, da die Salzpffänner zu bestimter Zeit ein richtig Verzeichniß übergeben müssen / was sie auff das bevorstehende Jahr vor thal-güter / und in welchem Rothe sie solche versieden wollen.*

## II.

5. *Jus autem Præsidii, Besatzungs-Recht / ut dicitur in*  
 6. *Recess Imp. de anno 1654. S. als auch. 167. live, das Recht / Städte/*



6.

3.

Städte/ Festungen / und andere Plätze mit einer Guarni-  
son zu belegen / oder zu besetzen/ describi potest, quod sit  
jus imponendi militem civitati vel fortalitio, sive jus, quo  
quis militem præsidarium in civitate, castro, fortalitio aut  
oppido, suo aut alieno, vi superioritaris, pacti aut alterius  
juris, pro securitate ac defensione territorii habere potest.

III.

Præsidium ipsum dispesci potest in perpetuum & tem- 7.  
porarium: Illud est, quod quis perpetuò in aliquâ civitate,  
vel fortalitio habere potest, quale vigore Instrumenti Pacis  
Cæsareo Gallici. § 76. Regi Galliarum in civitate Philipsburg  
competit, de quo inferius. Hoc, quod fortè vi pacti ad cer-  
tum tempus, v.g. quando invasio hostilis à vicino metuitur,  
competit.

IV.

II. A loco præsidium dividitur in *limitaneum*, quod  
in limitibus ac Finibus territorii, an denen Frontiren/ ha-  
betur: & *mediterraneum*, quod in medio regionis positum.  
Illorum præsidiorum usus frequentior esse solet, quòd con-  
sultius magisque necessarium videatur, hostem à finibus ar-  
cere, quàm in mediterraneum admittere.

CAPUT II.  
CUI PRÆSIDII JUS COM-  
PETAT?

SUMMARIUM.

*Juris belli consequens est jus fortaliti. n. 1. Et hujus effectus,  
jus præsidii. n. 2.*

A 2

For-



*Fortalitia sine praesidiis inutilia. n. 3.*

*Jus praesidii ad jura Regia pertinet. n. 4. § 6.*

*Salutem Reip. tueri Principi maximè convenit. n. 5.*

*Jus aperturae & jus praesidii ad finia. n. 7.*

*Princeps fundatam intentionem habet contra subditos, ut praesidiorum onera ferant. n. 11.*

*In Germaniâ nostrâ cui jus praesidii competat. n. 8. § 9.*

*Confinia in dubio probantur ex custodia locorum. n. 12.*

*An Imperator intra statuum ditiones sita castra ac fortalitia praesidiis firmare possit? n. 13.*

*Adducitur Transactio Pragensis. n. 14.*

*An ei, cui jus protectionis, das Erbschutz-Recht/ competit in Civitate, jus praesidii in ea habeat? n. 15. § seqq.*

*Limitationes sententiae negativae. n. 18. § seq.*

*An Civitas, quae à praesidiis haecenus libera fuit, praescriptionem temporis immemorialis Domino suo objicere possit? n. 20. § seqq.*

*An civitati privilegiatae onus praesidii imponi possit? n. 25. § seqq.*

*Cessante necessitate, cessare debet onus extraordinarium. n. 28. § seq.*

*An Civitas pactitia onus praesidii ferre teneatur? num. 30. § seq.*

## I.

1. **Q**uemadmodum juris belli consequens est jus fortalitiis, de quo in peculiari differtat. ( *quae vol. 3. var. Exerc. jur. publ. n. 6. exstat* ) egimus: Sic juris fortalitiis consequens &
2. effectus est jus praesidii: Quicumque igitur jus muniendi sive arces, castella & fortalitia erigendi habet, illi etiam jus militare praesidium illis imponendi competit. *arg. l. 2. ff. de jurisd.*

Cui



5.

Cui fortalitium, ei defensio quoque convenit, quòd illud si-  
 ne hoc consistere nequeat. Abba. *conf. 403. num. 5. Lib. 3.*  
 Knichen. *de jure territ. cap. 3. n. 469.* Cui enim usui fortalitia, 3.  
 præsidio militari destituta? sæpè ob defectum militis  
 præsidiarii, ipsa fortalitia destrui, soloque æquari solent, ut  
 nuperrimè in Belgio Hispanico factum meminimus. Ad 4.  
 jura igitur Regia seu Majestatis pertinet jus, de quo heic agi-  
 mus. Vid. dict. *dissert. de fortaliti. cap. 4. § c. 5. n. 20.* Andr.  
 Knichen. *de jure territ. cap. 3. n. 400.* Dn. & Amic. Myler. *de*  
*Princip. ac Stat. Imper. part. 2. cap. 78. n. 1. edit. noviss.* Quippe 5.  
 salutem Reip. tueri nulli magis convenit, quàm Principi. l. 3.  
*pr. de offic. Præsect. vigil.* Penes quem igitur τὸ κέντρον (ut Ari- 6.  
 stoteli dicitur) est in Civitate, sive Monarchicâ, sive aliâ, is  
 etiam urbes, arces, fortalitia, aliaque loca potestati suæ sub-  
 jectâ occupare, eisque pro tuendâ securitate publicâ militaria  
 præsidia imponere potest. Hodie in locis munitis, & castris, 7.  
 quorum proprietas ad alios dominos pertinet, Rex sibi jus  
 milites imponendi reservat, ut Ant. Perez. *in Tit. Cod. de fun-*  
*dis limitroph. n. 13. L. XI. Cod.*

II.

In Imperio Germanico *jus præsidi* competit illis, qui 8.  
 Status sunt, ac superioritatem & Regalia habent. *Vid. Instrum.*  
*Pac. German. artic. VIII. §. gaudeant. § artic. X. §. secundo*  
*Imperator. 6. ibi: possitque (Regina Sueciæ) ea munimentis*  
*ac præsidiis pro libitu, & exigentiâ circumstantiarum, suis*  
*tamen propriis sumtibus firmare.* Vigore igitur, der Lan- 9.  
 desfürstlichen Obrigkeit haben die Stände Macht / Städ-  
 te und Festungen mit Soldaten oder armirten Land-  
 volck zu besetzen. Leopold. *apud Arum. vol. 1. discurs. 12. p. 100.*  
 6. D. Tabor. *de metat. c. 7. §. 10.*

A 3

Fun-

ut  
 ta-  
 tit  
 em  
 it?  
 25.  
 n.  
 30.  
 iii,  
 ur.  
 &  
 ve  
 ili-  
 sd.  
 Cui





13. Fundatam igitur intentionem Princeps seu Dominus territorialis habet contra subditos ac Vasallos, praesidiorum onera ferre recusantes. Vid. etiam Killing. *de Ganerb. castror.* II. *discurs.* 4. n. 147. Hinc Dd. communiter *ex l. un. §. 3. C. de offic. praefect. Prator. Afric.* probant, *Confinia in dubio probari ex custodia locorum*, ut qui locum aliquem militari praesidio teneat, videatur possidere totum illum districtum &c. Mascard. *de probat. concl.* 102. n. 1. Menoch. *cons.* 147. n. 17. Barbosa. *in d. l. un. n. 18.*

### III.

12. Quæritur autem: an solus Imperator tempore belli, intra Statuum Imperii ditiones sita castra ac fortalitia praesidiis firmare possit? Quæstionem hanc decidit Instrumentum Pacis German. *artic. VIII. §. gaudeant 2.* quando nova munimenta intra Statuum ditiones exstruenda nomine publico, veterave firmanda praesidiis, aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum, aut quidquam simile post hanc unquam fiat, vel admittatur, nisi de Comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu. Causam huic Constitutioni videtur dedisse transactio Pragensis, *de anno. 1635.* cujus vigore Imperator Ferdinandus II. in quinque superioribus Circulis munita loca suis praesidiis firmandi potestatem sibi reservaverat. Vid. *d. transact. §. Wann auch in Chur Rheinischen etc.* Libertati igitur, ac securitati suæ hæc novâ sanctione pragmaticâ Status prospicere voluisse videntur.

### IV.

15. Secundò, ex antè dictis colligitur, eum, qui nudum jus protectionis, das Erbschutz- und Schirmrecht / in aliqua civitate habet, regulariter jure praesidii non gaudere, ob  
rationem



rationem, quod protectionis jus Patrono sive Protectori, per se ullam in clientes jurisdictionem non tribuat. Besold. thesaur. pr. verb. Schutz-und Schirm Verwandte. Meiscbner. tom. 2. lib. 2. decis. 4. n. 146. nec protectio priscam & propriam clientum libertatem quidquam imminuit. Victor. de 16. exemptione. concl. 20. Cluten. syllog. rer. quotid. concl. 27. lit. f. ubi civitati, in alterius protectionem sese committenti, in libertate sua, ne gry quidem detrahi ait. Sic protectori- 17. bus artes clientelares munire non licet. Mart. Mager. de Advocat. armat. cap. 10. n. 610. jus aperturæ eis competere dicitur. Mager. d. loc. n. 594. & seq. Philip. Knipschild. de jur. ac privil. civit. Imperial. lib. 2. c. 14. n. ult.

Limitatur hæc sententia, si protector peculiaribus pa- 18. tis jus præsidii in arce vel civitate clientelari adquisiverit. Talia namque pacta sine dubio servanda. 2. Si longissimus 19. usus ac observantia adsit, quæ ut in omni Regalium materiâ, ita etiam hic maximè attendenda. Consuetudine sanè ac usu jura Regalia in nostrâ Germaniâ magis, quàm legibus scriptis regi videntur. Tale jus præsidii (ut obiter exemplum 20. adducamus) in Civitate Höxer, quæ est ditionis Corvey, sibi vindicant Duces Brunsvicenses ac Luneburgenses. Vid nuper prodictum scriptum, cui titulus, Gegen-Bericht / daß Herrn Rudolph Augusti / Herzogen zu Braunschw. und Lüneb. Fürstl. Durchl. bey denen moribus, so in dero Erb-schutz-Berwandten Stadt Höxer entstanden / ihre Guar-nison hinein zu legen / höchst befugt. ubi pag. 16. hæc legun-tur: Es ist unlaugbar / daß das Jus protectionis, welches das Fürstliche Haus Braunschweig und Lüneburg suc-cessivo ordine hergebracht / demselben die Macht / so offft nötig / Völcker in die Stadt zu legen / tribuire, und zu-eigne/

is  
m  
or.  
de  
a-  
dio  
la-  
ar-  
  
in-  
diis  
um  
nu-  
ico,  
era-  
anc  
que  
sam  
de  
uin-  
man-  
ann  
ritati  
e vo-  
  
dum  
n ali-  
re, ob  
onem





3.

eigne / und daß solcher Schutz auch contra territorii Do-  
 minum exerciret werden möge. Welches denn / um so  
 viel weniger jemanden fremde vorkommen kan / alldie-  
 weiln eines theils bekant / daß wie weit dergleichen Jura  
 sich erstrecken / nicht so wohl aus gemeinen Rechts-  
 regeln / als vielmehr den pactis , insonderheit aber usa & ob-  
 servantiâ zunehmen. etc.

V.

21. Quid verò, si v.g. Civitas aliqua per tempus immemo-  
 riale à præsidio libera fuerit, an ne ea domino territoriali,  
 præsidium hodiè imponere volenti, præscriptionis exceptio-  
 22. nem cum effectu objicere poterit? Negandum videtur,  
 1. quòd impositio præsidii videatur esse res meræ facultatis,  
 qualis impræscriptibilis censetur. 2. quòd *præsidii finis* sit  
 23. tuitio ac defensio provinciæ vel castri, cujus cura principa-  
 lis ad dominum territorialem pertinet. Quando igitur salus  
 ac securitas provinciæ impositionem præsidii in hoc vel illo  
 loco svadet, subditorum non est, oneri isti, sub libertatis  
 prætextu, sese subducere, quippe quòd ipsorum privata sa-  
 lus ac securitas communi ac publicâ nitatur, ac sine hac sub-  
 sistere minimè possit.
24. Aliud dicendum, si civitas pacto, vel privilegio quo-  
 dam ab onere præsidii militaris sese in perpetuum libera-  
 verit. Pactis enim omninò standum, ac privilegiorum &  
 Reversalium Principis auctoritas semper facta tecta manere  
 debet. vid. discurs. nostr. de Reversal. c. 3.
25. Quid verò, si necessitas publica postulet, ac ratio belli  
 urgeat, præsidium civitati privilegiatæ, forte in finibus sitæ,  
 ad arcendam vim hostilem imponi, an ne hoc casu privile-  
 26. gium cessabit? Ita dicendum videtur. Regularis namque  
 clau-



9.

clausula in pactis ac privilegiis contenta non extenditur ad non verisimilia. Atqui, vero simile non est, Principem favorem privatum publicæ utilitati ac necessitati in privilegiorum concessionibus præferre voluisse, eum publica commoda ac necessitates privatorum utilitatibus semper sint anteponendæ. Aliter si diceretur, aliquando tota Respublica in præsentissimum ruinæ periculum ob omissum hujus vel illius loci custodiam, incidere posset, quod omninò cavendum, cum primis si cives ipsi civitatem suis armis satis defendere nequeant. *Conf. dissert. nostr. de præsid. necessit. contr. leg. sect. 6. concl. 5. & 6. & Tract. de jure sequela. cap. 7. n. 21. & seq.*

Cessante autem necessitate ac periculo, civitas privilegiata sine morâ à præsidio liberanda, non autem perpetuo præsidio, ut quandoque accidit, oneranda est. Quæ enim in casu necessitatis permessa, cessante illâ omnino censentur prohibita. Quæ necessitas pro tempore, vel privatis hominibus vel civitatibus extorquet (vel imponit) tantisper durare debent, donec ea cesset, ait Halicarnasseus, *lib. 8. antiq. Roman.*

Quæritur, si civitas sit pactitia, i. e. non purè ac simpliciter domino territoriali subiecta, sed sub certis conditionibus ac pactis, an præsidium ei à domino imponi possit? Videndum cum primis est, quomodo pacta illa se habeant, quantum potestatis per ea tribuatur domino, & quantum libertatis relictum fuerit civitati. Præterea quid usus & observantia doceat, salusque publica ac civitatis omninò exigat.

38.

B

CAPUT





CAPUT III.  
AN, ET QUATENUS JUS  
PRÆSIDII IN ALIENO TER-  
RITORIO COMPETAT?

## SUMMARIÆ.

*In alieno territorio regulariter jus præsidii locum non habet.*

*n. 1. & 2.*

*An Principi in vicino solo pacato, arcendi periculi causa, fortalitium vel civitatem occupare, eiq; militem custodia gratiâ imponere liceat? n. 4. & multis seqq.*

*Adducuntur exempla. n. 4.*

*Adfirmativa Grotii. n. 5.*

*Jus necessitatis quid operetur? n. 7.*

*Necessitas non habet legem. n. 8.*

*Negativa adstruitur n. 9. & seqq.*

*In extremâ etiam necessitate dominium rerum non cessat. n. 11.*

*Divisio rerum non mero jure humano nititur. n. 12.*

*Res mea sine factio meo ad alium transire non debet. n. 13.*

*Diluuntur rationes Grotiana. n. 15. & seqq.*

*Occupatio fortalitii alieni res maximè periculosa ac domino proprietatis damnosa. n. 16. & seq.*

*Malum est, quod vel minimum ab it lege natura. n. 20.*

*Ordinum Imperii querela ob præsidia Hollandorum, num. 22.*

*& seqq.*

I.

2. **E**X jam dictis patescit, in alieno territorio regulariter jus præsidii locum non habere. Quemadmodum enim munitiones



II.

nitiones & fortalitia in alieno solo sine Domini territorialis consensu exstrui non possunt, juxta Constitutionem Imperatoris Rudolphi, quam refert Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 4. c. 8. n. 225.* & nos ex eo, *in dissert. de jur. fortalit. cap. 4. n. 9.* & notoria Germaniæ jura: Sic nec præsidium militare alienæ civitati, castro, vel fortalitio imponere licet.

II.

Illustris autem quæstio est: *An Principi bellum gerenti liceat fortalitium vel Civitatem in vicini Principis solo pacato situm, arcendi periculi causa, occupare, eique præsidium imponere?* Occasionem huic controversiæ superioribus annis dedere uniti status Hollandiæ, qui in bello, ultra dimidium seculi contra Hispaniæ Regem gesto, quorundam Principum ac statuum Imperii vicinas civitates & castra, ad ripam Rheni sita, ut *Rheinbergam, Vesaliam, Emmerich/Rees, Orsaye, Xanten,* & alia loca occuparunt, eisque præsidiarium militem, nolentibus volentibus locorum Dominis, imposuere. Hollandorum quondam, Minister status, Hugo Grotius, *in libro de jure belli ac pacis*, quæstionem hanc adfirmativè decidere non dubitavit, quem à se relatum novissimè secutus est Mart. Naurath. *in addit. ad Hippol. à Collib. de increm. urb. p. 96.* In quam etiam sententiam inclinare videtur D. Felden. *ad Grot. l. 2. c. 2. v. 10.* ubi ait: Si in extremo periculo constitutus id faciat, licet alter læsus sit, veniam meretur, propter adfectum se & suos conservandi. Ita autem Grotius *lib. 3. cap. 1. §. 2.* dicti Tractatus, scribit: *Rem alienam ex qua certum mihi periculum imminet, citra culpæ alienæ considerationem invadere possum, non tamen Dominus fieri: id cum ad eum finem ad commodatum non est; sed custodire, donec securitati meæ cautum sit.* & plenius *lib. 2. cap. 2. §. 10.* Hinc colligere est ( *inquit* ) quomodo ei,

3.

4.

5.

6.

S  
R-  
bet.  
a,  
sto-  
n. n.  
mino  
e. 22.  
r jus  
mu-  
ones



qui bellum pium gerit, liceat locum occupare, qui situs est in solo pacato: nimirum, si non imaginarium sed certum sit periculum, ne hostis eum locum invadat, inde irreparabilia damna det; Deinde, si nihil sumatur, quod non ad cautionem sit necessarium, puta nuda loci custodia, relicta Domino vero jurisdictione, ac fructibus: postremo, si id fiat animo reddendae custodiam, simul atque necessitas illa cessaverit. Enna aut malo aut necessario facinore retenta, ait Livius lib. 24. *bist.* quia malum hic, quicquid vel minimum abit a necessitate. Hec Grotius. Fundamentum autem hujus opinionis suae, forte novae, ac propterea suspectae, Grotius ponit in *jure necessitatis*, quod post Dominia ex veteri communione rerum reliquum mansisse ait, quod pluribus exemplis in medium allatis, *cit. cap. illustr.* Praeterea vulgatum illud axioma adducit. *Necessitatem frangere legem: magnum esse humanae imbecillitatis Patrocinium; eam quicquid coegit, defendere,* ex Seneca lib. 4. *controv.* 27. Verum enim vero, adsertio haec Grotiana nobis nec vera nec tuta videtur. Quod enim Principium adductum, quo opinio haec stabilitur, attinet, id controversum ac dubium est. Minimè enim admittendum, in extrema necessitate reviviscere jus pristinum rebus utendi, tanquam si communes mansissent. Praeterea verum non videtur, *divisionem Dominiorum tantum legibus humanis non jure naturae niti;* contrarium multis ostendere post alios D. Struv. *Syntag. jur. feud. cap. 1. aphor. 1.* D. Strauch. *de imper. maris. Felden ad Grot. & quos laudavimus Tract. nostro de Monopol. cap. 1.* Res enim mihi semel acquisitae sine meo facto & voluntate alii nullo jure communicare cogor, *l. quod nostrum 11. de Reg. jur. Novell. 89. praefat.* ubi dicitur, *necessitatem quidem curandam esse, sed ita, ut evitetur, quod ma-*

burs



13.

lum est. Confer. D. Johann. Otto Tabor. *racem. crimin. 3. th. 36. 14.*  
 Optimè scribit Johann Seldenus, ( qui honos Britanniaë di-  
 citur Grotio, *de jure Gent. apud Hebreos lib. 6. c. 6.* Ab ipso  
 juris naturæ auctore profluxisse, ut Dominium privatum ne-  
 quaquam cedat vel extremæ alterius necessitati. Add. *Dissert.*  
*nostra, de presidio necessit. contra legem sect. 7. conclus. 1. & 2.*  
 ubi latè axioma illud: *Necessitas non habet legem*; examina-  
 tum videbis, ac necessitatem juri naturali, quo proprietates  
 rerum nititur, subjectam esse, ostensum fuit. Quod attinet 15.  
 temperamenta à Grotio in hac quæstione adjecta, quòd scil.  
 1. occupans locum alienum præsidii imponendi causâ, nihil  
 debeat sumere, quod non ad cautionem sit necessarium. 2.  
 quod nuda loci custodia sine dominio, jurisdictione ac fru-  
 ctibus sit sumenda. 3. quod occupatio animo restituendi cu-  
 stodiam, cessante necessitate fieri debeat: ea temperamenta 16.  
 magis speciosa, quam practicabilia esse videntur. Occupa-  
 tio enim fortalitii, vel civitatis alienæ, licet nudæ custodiæ  
 causâ fiat, sua natura ita est comparata, ut non possit non  
 grave damnum ac periculum adferre Domino, quod praxis  
 quotidiana docet. Sanè vicini innocentis ac Neutralis ter- 17.  
 ram in vadere ac devastare, causa & occasio præbetur, quod  
 periculum ac damnum sanè alterius gratiâ, in nos suscipere,  
 non tenemur. Et cum utrinque sit periculum, potior cau- 18.  
 sa illius esse debet, qui bello non est implicatus. *Ordinata*  
*charitas incipit à se ipsa.* Præterea cum auctor occupatio 19.  
 nem loci alieni tantùm approbet in certâ & extremâ necessi-  
 tate, quis quæso gradum necessitatis æstimabit? quis certitu-  
 dinem periculi docebit? Quis cavebit occupationem istam  
 Domino loci nullum periculum aut damnum adlaturum?  
 Quis data damna rependet? Ait Grotius, *malum hîc esse, quic- 20.*

B 3

quid



*quid vel minimum abit à necessitate: nos contra dicimus, in-*  
*tutum ac periculosum hic esse, quicquid vel minimum abit à lege*  
 21. *natura.* Et hanc nostram sententiam post hæc scripta pla-  
 cuisse etiam vidimus D. Casp. Zieglero *in not. ad dict. loc.*  
*Grotii.* Liceat interim, *inquit* ille, Grotio ex principiis spe-  
 culativè ita decidere (quamquam id juri naturæ & proprie-  
 tati rerum non videatur conveniens) sed in praxi tamen lo-  
 cum id vix inveniet; cum nec coerceri satis præsidiariorum  
 possit petulantia, & cavere insuper oporteat, ne de Domino  
 illius loci nulla hostibus oriatur collusionis suspicio, neve  
 22. ex hinc periculum indè arcessatur, cum non possit non susce-  
 ptum esse id negotium. Quàm gravia damna Circuli, in-  
 ferior Rhenanus & Westphalicus, propter occupationes  
 quorundam locorum ab Hollandis in Imperii finibus factas  
 passa sit, & adhuc dum patiatur, testantur tot Statuum  
 querelæ, ab anno 1582. in hunc usque diem continuatæ, su-  
 per præsidiariorum excursionibus, exactionibus, ac violen-  
 23. tiis. *vid. Rec. Imp. de anno 1582. §. Aber was insonderheit*  
*das Niederländische Kriegeswesen. 42. & Rec. Imp. de*  
*anno 1594. §. Darauff dann. 43. ubi inter alia dicitur:*  
*Das beide kriegende Theile (Spanier und Holländer)*  
*auff beschehenes Suchen und Begehren sich erboten / die*  
*auff des Reichs-boden occupirte Städte / Dörter / Plätze /*  
*Bestungen / auffgeworffene Schanzen / und anders ab-*  
*zutreten / und zu restituiren, aber dasselbe nicht allein*  
*noch nicht erfolget / sondern zum höchsten Nachtheil und*  
*Schaden des Reichs / und dessen Unterthanen vorent-*  
*halten würden die gewalthätige über-Land einfälle con-*  
*tinuirt, beschwerliche neuerliche licenten, imposten ange-*  
*stellet / Zölle und andere Vernachtheilungen nicht abge-*  
*schaftt /*



schaftt / noch auffhörten / sondern iemehr und mehr ge-  
 häufft / und mit denselbigen fortgefolget etc. In Rec. Im-24.  
 perii, de an. 1598. §. Und ob wir wohl 27. eadem querela Sta-  
 tuum legitur, ibi enim hæc verba leguntur : Dieweil wir  
 vernehmen / daß über hiebevorig beschehenes Ersuchen  
 und Erbieten / bey diesen beharrlichen Kriegeswesen /  
 gegen die angewendete / benachtbarte und gehorsame  
 ansehnliche Stände des Reichs immerdar und unauff-  
 hörlich mit höchst verderblichen excursionen, Einfällen  
 und Einlägern / auch abzweckung Land und Leute /  
 rauben / plündern / rantoniren / fangen / sengen / bren-  
 nen / und dergleichen unmenschlichen Thathandlungen  
 angegriffen / und beleidiget worden etc. nec in sequenti-  
 bus annis querelæ cessarunt, ut docet Recessus Imperii de an-  
 no 1603. §. Als wir. 28. & seqq.

Querelas hæc in nuperrimis Comitibus Ratisbonensi- 25.  
 bus repetiit Elector Coloniensis ob civitatem Rheinbergam,  
 quæ in hunc usque diem Hollandico præsidio detinetur. Et 26.  
 cum exemplis quæstio hæc non parum illustretur, subjunge-  
 re placet in fine hujus Traditionis literas Electoris ad Status  
 Imperii, ac sacratissimi nostri Imperatoris ad ordines  
 Hollandiæ Foederatos in causa restitutionis dictæ  
 Civitatis exaratas, quarum effectus adhuc  
 expectatur.

CAPIT

in-  
 lege  
 pla-  
 lot.  
 spe-  
 rie-  
 a lo-  
 um  
 ino  
 eve  
 spe-  
 in-  
 ones  
 ctas  
 um  
 , su-  
 len-  
 heit  
 de  
 tur:  
 der )  
 / die  
 äße/  
 s ab-  
 allein  
 und  
 rent-  
 con-  
 unge-  
 abge-  
 afft/





CAPUT IV.  
 QUIBUS MODIS IN ALIE-  
 NO TERRITORIO JUS PRÆ-  
 SIDII LEGITIME ADQUI-  
 RATUR?

SUMMARIÆ.

*Regalia in alieno territorio jure acquiruntur. n. 1.*

*Quinam frequentiores acquirendi Regalia modi? n. 2.  
 & seqq.*

*I. Prescriptio temporis immemorialis. n. 3.*

*Imperialia jura quodammodo inter Principes ac Status Im-  
 perii divisa. n. 4. & seqq.*

*Quâ prescriptione jus præsidii acquiratur? n. 6.*

*Occupatio civitatis alienæ vix unquam sine contradictione  
 fieri solet. n. 7.*

*2. Si Princeps jus præsidii semel atque iterum in civitate aut  
 fortalicio alieno jus præsidii obtinuerit, an inde per-  
 petuum jus acquisitum censeatur? n. 8. seqq.*

*Familiaritatis jure utens non præscribit. n. 10.*

*In dubio aliquid jure familiaritatis creditur toleratum. n. 11.*

*Quando hæc presumptio cesset? n. 13.*

*II. Confœderatio & pactum acquirendi juris præsidii modus.  
 n. 14.*

*Periculosa ejusmodi conventio. n. 15.*

*Probatum exemplo n. 16.*

III. Oc-



III. Occupatio bellica. n. 17.

IV. Transactio pacis. n. 18.

Adducitur exemplum praesidii Gallici in castro Pbilipsburg.

ibid. § n. seq.

Judicium de Praesidio Gallico. n. 22.

Lucrela n. 23. § seq.

I.

**P**osse Regalia ac territorii jura in alieno solo cum territo- 1.  
 rio justè adquiri, apud omnes in confesso est, & quotidi- 2.  
 ana in Imperio Germanico praxis id satis confirmat. Inter 2.  
 frequentiores autem acquisitionis modos est. 1. *Præscriptio* 3.  
*temporis immemorialis.* Ejusmodi autem præscriptionem  
 justum esse omnia Regalia adquirendi modum, ab omnibus  
 adprobatum est. *per text. valdè allegabilem, in cap. super qui-*  
*busdam. §. præterea. extra de Verb. Signif. Covarr. in cap. pos-*  
*seffor. part. 2. §. 2. n. 11. § seqq. Coler. in repet. cap. cum verbis.*  
*n. 20. de præscript. Welsenbec. cons. 8. n. 66. Mynsing. 5. Obs. 29.*  
 Imperialia jura ac Regalia quodammodo divisa sunt inter 4.  
 Duces, Principes, Comites, Barones ac Civitates, also und  
 dergestalt / daß ein Fürst oder Stand / auch in anderer  
 Reichsstände / Fürstenthüme / Graff- und Herrschaff-  
 ten unterschiedliche jurisdictionalia und jura Regalia erseß-  
 lich hergebracht / ait Menkelbach. apud Klock. tom. 1. cons. 9.  
 n. 35. seq. Et benè Casp. Klock. Consil. 60. n. 45. scribit. **Es** 5.  
 sey im Heil. Römischen Reich nicht fremde / noch uner-  
 hört / daß dergleichen hohe Regalien unter denen benach-  
 barten Ständen frustularim, oder Stückweise dergestalt  
 zertrennet und vertheilet / daß eine Herrschafft oder  
 Stand / *citra tamen jus omnigenæ & supremæ jurisdicio-*

C

nis

L-  
 E-  
 Im-  
 one  
 e aut  
 per-  
 n. 11.  
 odus.  
 I. Oc-



- nis in eines andern Standes Ober- und Botmäßigkeit / die Malefiz, Glaidlich Jagens / Zolls / und andere Berechtigkeith in tractui temporis erobern mag / derentwegen unterschiedliche præjudicia wohl eingeführt werden können; de quâ Imperii scissurâ & communicatione jurium
6. superioritatis post alios Welsenbec. *cons.* 60. 30. Diximus autem immemorabile tempus ad præscriptionem juris præsidii in alieno solo requiri: quamvis enim aliâs Vectigalia aliaque jura fiscalia communi præscriptione adquiri posse videantur, ut docuimus in *Tract. de viâ publicâ. cap. 4. n. 10. seq.* Jus tamen præsidii ob cohærentiam territorii, ita comparatum est, ut non aliter, quam territorium ac superioritas ipsa præscribi posse videatur, cum primis si de perpetuo præsidio loquamur. Cogitandum etiam est, quòd occupatio Civitatis vel castri alieni pro imponendo præsidio, vix unquam sine contradictione ac protestatione fieri soleat, unde apparet, quàm difficilis sit in hac re præscriptio & acquisitionis justitia.

## II.

8. Quid verò, si semel atque iterum Princeps ob metum periculi ac invasionis hostilis vicini Principis consensu castrum aut fortalitium pro securitate suâ, milite suo ad tempus custodiverit, anne indè jus perpetuum acquisitum censetur? Minimè gentium. Quæcunq̃ enim familiaritatis jure (ut heic) tolerantur, neque agenti jus vel possessionem, neque patienti ullum præjudicium adferunt. Casp. Klock. *vol. 1. cons.* 28. n. 565. & *seqq.* & *cons.* 50. n. 254. & *seqq.* Et familiaritatis jure utens non præscribit, nec sibi jus quærit. Menkelb. apud Klock. *tom. 1. cons.* 21. n. 96. & *seqq.*
10. & *seqq.* Et familiaritatis jure utens non præscribit, nec sibi jus quærit. Menkelb. apud Klock. *tom. 1. cons.* 21. n. 96. & *seqq.*
11. In dubio autem familiaritatis jure aliquid creditur potius tole-



toleratum, quam ut juris sui renunciatio inducatur. Thom. Michael. *apud Klock. tom. 1. conf. 29. n. 560.* Cum primis in. 12. causa impositionis praesidii, tam praesudiciali, damnosa ac onerosa. Familiaritatis autem praesumptio cessat, quando 13. quis titulum habet, animumque possidendi verbis vel facto declaravit. Michael. *d. conf. 29. n. 568. § n. 571.*

III.

Secundus acquisitionis modus est, *Confederatio, Pactum seu conventio.* Si v.g. vicinus Princeps forte potentior, cum vicino, pari vel inferiore, paciscatur, ut pro tuenda communi finium securitate, ipsi liceat ad tempus, vel in perpetuum, civitati, castro vel fortalitio limitaneo vicini militem suum imponere. Est autem ejusmodi conventio satis periculosa parti imbeciliori, quippe quae successu temporis 15. ad opprimendum & subjugandum vicinum occasio & causa esse potest. Unde hic diu ac mature deliberandum, quod semel statuendum; Neque enim hic postea dicere licet: 16. *Non putar am.* Cum superiore seculo praesidium Turcicum in Civitatem Ofen reciperetur, toti Ungariae Regno inde maxima calamitas & ruina nata est.

IV.

Tertius modus est *Occupatio bellica*; & hic omnium frequentissimus ac quotidianus, quo non tantum jus praesidii ac fortalitii, verum & territorium ipsum, eique inhaerentia jura Regalia saepe acquiruntur. Testis est Germania nostra, multis terris praesidiorum hostilium occasione spoliata.

V.

Quartus est *Transactio Pacis*; cujus acquisitionis exemplum misera nostra Germania praebet in Castro Philips- 18. burg,





burg, in Episcopatu Spirensi sito, quod vigore instrumenti pacis Cæsareo-Gallici, anno 1648. Monasterii facti Regi Galliarum cessit. Transactionis istius §. 76. tenor hic est: Christianissima Majestati ejusque in Regno successoribus de consensu Imperatoris totiusque imperii, perpetuum jus sit tenendi præsidium in Castro Philipsburg, protectionis ergò, ad convenientem tamen numerum restrictum, qui vicinis justam suspicionis causam præbere non possit, sumtibus duntaxat Coronæ Galliarum sustentandum. Patere etiam debebit Regi liber transitus per terras & aquas Imperii ad inducendos milites, commeatum & cetera omnia, quibus & quoties opus fuerit. §. seq. 77. Rex tamen præter protectionem, præsidium & transitum in dictum castrum Philipsburg nihil ulterius prætendat, sed ipsa proprietas, omnimoda jurisdictio, possessio, omniaque emolumenta, fructus, accessiones, jura, Regalia, servitutes, homines, subditi, Vasalli, & quidquid omnino antiquitus ibidem, & in totius Episcopatus Spirensis, Ecclesiarumque illi incorporatarum districtu Episcopo & Capitulo Spirensi competebat, & competere poterat, eisdem in posterum quoque salva, integra & illesa, excepto tamen jure protectionis, permaneant. Haec tenor Instrum. Pacis. Quantum periculi ac damni Germaniæ nostræ præsidium hoc Gallicum adferat, in propa-  
 20. tulo est, & experientia ipsa hoc loquitur. Vid. Rec. Imper. Ratisbon. de anno 1654. §. als auch. 167. ibi: Weilen das Besatzungs-Recht in der Festung Philipsburg der Cron Frankreich protection halben / doch uff dero eigene Kosten / durch den Münsterischen Frieden-Schluß gestattet / und eingeräumt / gedachter Besatzungs Unterhalt aber von der Cron Frankreich / nach besag und einhalt des Instrumenti Pacis bißhero nicht richtig beygeschafft /



schafft / sondern das Stifft Speyer dem Frieden-Schluß  
zu wider dessen hochbeschwerlich / und darüber lenden  
müssen / bey so gestalten Sachen auch die Stadt  
Speyer / und derselben Inwohnere / samt unsern  
Kaiserlichen Cammer- Gericht und allen dessen anver-  
wanten Personen / in stetiger Gefahr / Unsicherheit /  
Zerrung und andern nicht geringen Ungelegenheiten  
mit grossen Unstatten / und distraction ihrer obligenden  
functionen, sich befinden thun : So wollen wir durch 21.  
Schreiben und Schickung an des Königs von Franck-  
reich Liebden die Sachen dahin richten helffen / damit  
dißfalls dem Instrumento Pacis ein Gnügen geschehe / und  
die darwieder lauffende Beschweren förderlich abge-  
stellt / und fürbaß nicht mehr vorgenommen wer-  
den sollen. *Recitè de hoc præsidio D. Textor. de rat. Status 22.*

*Germania moderna. cap. 4. scribit : Galliarum Reges affectus  
suos ad ulteriores Germaniæ progressus ipsis factis non po-  
tuerunt celare, cujus rei, cum plura fortè adferri possent  
testimonia, sola Philippopolis ad Rhenum sita sufficit; in eo  
fortalitio, cum pleno jure id retinere non liceret, reservavit  
sibi, ac vigore Instrumenti Pacis obtinuit Gallia saltem jus  
præsidii, quid ita? nempe ut transitum in Germaniam li-  
berum ac perpetuum haberent Galli, supra Brisacum, infra  
Philippopolin tenentes, subfuisse etiam præterea potest ista  
ratio, ut decem Alsatia Urbes tantò firmiter in ordinem re-  
digerent, quarum querelæ etiam præsentibus Comitibus sa-  
tis sunt declaratae. Maximè quidem dolendum est, ferè in 23.  
ipso Imperii gremio aliena præsidia nunc haberi & quidem  
perpetua, quæ tam facilè securitatem ac tranquillitatem  
Patriæ turbare possunt. Sed inquis: Cur Germani trans-24.*



actione Pacis insidiatorem libertatis Patriæ in Civitatis suæ gremium recepere, ac melius sibi non consulere? hanc si pax Germaniæ profligatæ & ad incitas ferè redactæ, sine his atque aliis conditionibus durissimis in Instrumento Pacis comprehensis, redimi potuerit, dubio procul id factum fuisset; sed tùm temporis afflictissimæ Germaniæ clavum Herculi extorquere, difficillimum ac ferè impossibile videbatur. Quilibet Acta pacificationis illius sedulò legens fateri & exclamare cogitur:

*O quanta molis fuit Germanam condere pacem!*

25. Utinam verò Germani nostri post tantas calamitates hodiè cautius mercari discerent, Deosque alienos cum summo libertatis Pacisque periculo, adorare tandem desinerent.

## CAPUT V.

# JURIS PRÆSIDII USUS ET EXERCITIUM.

### SUMMARIA.

*Circa usum & exercitium juris præsidii tria consideranda.*  
num. 1.

*Præsidia militaria in quibus locis constituentur. n. 2. & 3.*

*Fortalitia an in finibus an in medietatibus extruenda? n. 4.*  
& seqq.

*De præsidiis veterum Romanorum, narratio historica. n. 9.*

*Ubi veteres Romani contra Germanos præsidia sua habuerint. num. 10.*

Magde-



- Magdeburgum Romanum Praesidium dicitur. n. 12. & seqq.*
- Praesidiorum Turcicorum Ungariae Regni mentio fit. n. 14.*
- Periculum quod Germania inde imminet, docetur, n. 15.*
- Praesidium an ex domestico vel peregrino milite constituendum? n. 16. & seqq.*
- Officium militum praesidiariorum. n. 20. & seqq.*
- An milites praesidarii Testamenta sine solemnitatibus condere possint? n. 26. & seq.*
- An praesidia militaria subditorum sumptibus sustinenda? n. 29. & seqq.*
- Adstruitur negativa, quam Praxis Germania tuetur. n. 35. & seq.*
- Limitatio. n. 37.*
- Quomodo Romani praesidia aluerint? n. 39. & seq.*
- An forenses teneantur ad sustentationem praesidiorum contribuere? n. 41.*
- An Ecclesia ejusve ministri? n. 42. & seq.*

I.

**C**irca Usam & Exercitium juris praesidii tria praecipue 1. Consideranda, 1. locus praesidii. 2. miles praesidiarius & 3. Ejus sustentatio.

MEMBRUM I.

Quod primum attinet, praesidia militaria plerumque 2. in castris ac fortalitiis, si quae sunt, constituuntur, neque enim haec sine praesidiaria defensione, ut supra dictum, esse possunt, imò sine hac magis nocent, quam profunt Reipubl. hostium ac praedonum receptacula futura. Collocantur ta- 3. men praesidia etiam in civitatibus ac oppidis, ut ratio belli exigit. Vid. *Zustnechts Bestallung, de anno 1570. rubric. Artikel*

ae  
si  
his  
cis  
m  
m  
le-  
fa-  
  
liè  
li-  
  
S  
  
L.  
  
4.  
  
ue-  
de-





- Artikel auff die Teutsche Knechte, *artic. 14. ibi*: In eine Besatzung geschickt würden/ es wehren Städte/Schlösser/ Märkte oder Flecken. *Sunt autem fortalitia vel limitanea vel mediterranea, & illa quidem hic magis necessaria videntur, ut si quæ externa vis hostium irrumpat, non in traditionem, sed ex aliorum agris hostes ea oppugnare cogantur. Bocer. de Bello. cap. 15. n. 10. Quemadmodum etiam*
5. plerasque munitiones in finibus exstructas videmus. In meditullio tamen regionis ideò exstrui consultum videtur Philippo Knipschild. *de jur. civit. imperial. lib. 2. c. 22. n. 128.* ut oportunum & ex æquo incolarum contra molitiones ho-
6. stiles habeatur Asylum. Verum nobis distingvendum videtur inter fortalitia, quæ zur Landes-retirada, contra excursiones & prædationes hostium exstruuntur, & inter ea,
7. quibus totius Provinciæ securitas nititur, qualia Haupt-Pässe/ Haupt-Festungen/ dicuntur: hæc in finibus, illa in media regione pro defensione subditorum plerumque ex-
8. strui solent. Quamvis in hac re cujusque regionis situs, conditio subditorum cum primis consideranda sint, de quibus artis militaris periti consulendi.

## II.

9. Cæterum, de præsiidiis veterum Romanorum limitaneis ita scribit Dion Cassius *lib. 55.* Augustus, inquit, rerum potitus, cum provincias inter se & populum divideret, illi pauculas tradidit, barbaras verò, & quæ præsidio militari indigebant, sibi retinuit, in quarum finibus novem limites à regionibus defendendos constituit. Unum in Hispania cum tribus legionibus, secundum in Belgio super Rhenum cum quatuor, tertium in Germania super Danubium, cum aliis quatuor, quartum in Dalmatia cum duabus, Quintum in Pan-



in Pannonia cum tribus, sextum in Syria, cum quatuor, septimum in Ægypto cum duabus. Octavum in Africâ cum una. Nonum in Mœsia super Danubium cum duabus, quæ omnes erant legiones viginti quinque. Decimum limitem cum tribus legionibus addidit Claudius in Britannia. Undecimum Vespasianus in Cappadocia, cum legionibus duabus. Duodecimum Trajanus in Dacia cum duabus, & decimum tertium in Armenia & Mesopotamia, super Tigrim, cum aliis duabus. Decimum quartum in Arabia cum legione una, quæ omnes fuere legiones triginta quinque. De Tiberio Tacitus *lib. IV. annal. ita*: Italiam utroque duæ classes, Misenum apud & Ravennam, proximumque Gallia litus rostratae naves præsidebant, quas in oppidum Forojuliense Aëtiaca victoria captas Augustus miserat valido cum remige. Præcipuum robur Rhenum juxta, 10. commune in Germanos Gallosque subsidium, octo legiones erant. Hispania recens perdomita tribus habebantur. Cætera Africa per duas legiones, parique numero Ægyptus, Totidem apud Dalmatiam locatis, quæ posita Regionis à tergo illis ac si repentinum auxilium Italia posceret, haut procul accirentur. *Vid. Philippus Cauriana, egregius commentator Cornelii Taciti*, ubi in rationem, quare diversis in locis numero militum diversa præsidia fuerint posita, inquit.

III.

Loca, in quibus veteres Romani præsidia sua contra Germanos constituere, circa tractum Rheni, Notitia dignitatum utriusque Imperii, *part. 2. cap. 20.* recenset, & nominantur Saletio, Tabernæ, Vico Julio, Nemetis, Altaripæ, Vangionis, Moguntiaco, Biagio, Bodobriga, Confluentibus, D & An-





- & Antonæo, quæ stationes & mansiones limitaneæ sub e-  
 12. râ Ducis Moguntiacensis fuere. Arcem etiam in Magde-  
 burg Romanos tenuisse, in ea præsidium habuisse, testatur  
 Cranzius, *in metropoli lib. 1. cap. 3.* In Magdeburg, *inquit,*  
 quæ ripam tenet Albis fluminis, Arx ab olim præcipua,  
 quam ego limitaneis Romanorum ducibus extitisse credide-  
 rim, cum jubente Augusto Cæsare Transalbianos Romani  
 non attingerent: ne tamen illos viderentur formidasse, in  
 ripâ fluminis, ad hostes versâ, præsidium constituerunt.  
 13. Romanos autem hisce locis, ubi Magdeburgum sita, nun-  
 quam sedes fixisse, ex P. Bertio, Lazio & aliis demon-  
 strat Cranzio contrarius, Benj. Leuber. *de Stapul. Saxon.*  
 n. 434.

## IV.

14. Dum hæc præsidiorum limitaneorum mentionem fa-  
 cimus, cum cordolio recordamur fortaliorum, ac civita-  
 tum munitissimarum, nobilissimi Regni Hungariæ, quæ  
 per paucis exceptis, hodie sunt in manibus Turcarum Ty-  
 ranni, abjuratissimi Christianorum hostis; cujus præsidia  
 militaria perpetuis excursionibus, exactiõibus & depræda-  
 15. tionibus vicina loca terrent, vexant ac premunt. Et cum  
 antemurale Christianorum præsidium, quod in Regno isto  
 adhuc reliquum (vulgò die Schütt dictum) non satis fir-  
 mum ac sufficiens tot barbaris hostibus repellendis, optan-  
 dum sanè foret, Germanos nostros securitatis somno exci-  
 tatos, consilia & arma jungentes, Hannibalem antè portas  
 crudeliter grassantem repellere omni ope ac studio labo-  
 rarent. Vid. quæ hæc de re pluribus in *Electis juris publ.*  
 diximus.

MEM-



MEMBRUM II.

V.

Quod alterum attinet, praesidium scilicet ipsum, dicitur 16. Guarnison oder Besatzung / illud ex milite potius domestico, quam peregrino & extero constare debet, cum primis in finibus Regni. Domesticis enim major, quam exteris 17. habenda fides; Cuique erga patriam & proprium Dominum major affectus, exteri vero sua negligentia, aut discordia non arces tantum, sed integram saepe provinciam perdunt. Exempla refert Adam Conzen. lib. 9. Polit. c. 8. §. 14. ex Aristotele, qui lib. 6. Polit. scribit, castrorum custodiam committendam esse militibus, non tam fortissimis, quam singulari probitate ac fide conspicuis, quales sunt interni, quorum propensa voluntas est in patriam. Sed hoc non 18. est perpetuum. Natura quippe ac mores cujusque Nationis inspiciendi. Stationarius miles in fortalitiis Regni Hungariae, Austriacae gentis, nationis est Germanicae, ut Rex ipse, non Hungaricae, quippe major Germanorum quam Hungarorum fides, virtus & constantia. Vatinianum Hunga- 19. rorum odium contra Germanos satis testantur Rebelliones ac motus praeterito saeculo & superioribus annis in Regno isto orti.

VI.

Officium autem custodiarum seu militum praesidia- 20. rorum praecipuum est, continuo invigilare, regionemque & ejus fines ab hostium incursionibus fideliter tueri. l. 2. C. de offic. Praef. Praetor. Africa. Ab excubiis & stationibus nun- 21. quam nisi jussu Principis recedere. l. 19. C. ad l. jul. de adult. Ab exactionibus populi penitus abstinere. vid. Dd. ad tit. C. 22. de fundis limitrophis. Lib. XI. tit. 59. Fußnechts = Bestal-

D 2

lung zu

u-  
le-  
ur  
it,  
ua,  
te-  
ani  
in  
nt.  
n-  
on-  
on.  
  
fa-  
ita-  
uae  
Ty-  
dia  
da-  
um  
isto  
fir-  
an-  
cci-  
rtas  
bo-  
ubl.  
  
M-





lung zu Speyer / de anno 1570. auffgericht. artic. 14. ubi di-  
 23. citur: Ob sie (die Knechte) die Obersten / Haupt-oder  
 Befehlich-Deute / Fähnleins / oder Rottenweise in eine  
 Besatzung geschickt würden / es wehren Städte / Schlö-  
 fer / Märckte oder Flecken / wie es sich zutrüge / so sollen  
 sie sich gutwillig darzu gebrauchen lassen / und ihr Leib  
 und Leben / bis auff's eusserste / treulich und tapffer / zu  
 erhaltung desselben zusezen / auch von keiner Ueberge-  
 bung nicht reden / noch ratbschlagen bey ihren Ehren  
 24. und Pflichten Et art. 24. Es soll keiner mit den Feinden /  
 oder ihren Trommelschlägern oder Trommetersn sprach  
 haben / auch keinen Brieff in des Feindes Läger schrei-  
 ben oder Botschafft thun / und von den Feinden auch  
 keinen empfangen / ohne Befehl und Erlaubniß des  
 25. Obristen / bey Leibesstraffe. Reliqua, quæ præstanda  
 incumbunt præsidii, ex articulis militaribus, den Ar-  
 ticulis-Brieff / discenda.

## VII.

26. Obiter hic quaeritur: An limitanei ac præsidiales mili-  
 tes militaria testamenta condere possint? jure Romano ad-  
 firmandum videtur, cum & hi in castris & expeditionis ne-  
 cessitate constituti sint, Princ. Inst. de Testam. milit. vid. Reuf-  
 27. ner. tr. de Testam. p. 14. c. 4. n. 16. Ulu autem fori nostri ita  
 testari iis non permittitur, teste Finckelthus. Observ. 46. &  
 28. Carpzovio p. 3. C. 4. def. 28. Nisi forte hostis sit in propin-  
 quo, ut in Hungaria, Poloniae finibus. In iis enim locis  
 Stationarii singulis ferè momentis ad defensionem & pu-  
 gnam parati esse debent.

MEM



Nunc de tertio capitis membro, *sustentatione* scilicet 29.  
 præsidii, der Garnisons Verpflegung / paucis agendum.  
 Ubi quaeritur: An Custodiæ seu militaria præsidia civita- 30  
 tum aut fortalitorum sumptibus subditorum, an Principis  
 sustentari debeant? Pro Principe respondet Dn. & Am. My. 31  
 ler. de Princip. ac Sat. Imper. part. 2. cap. 78. n. 2. edit. noviss.  
 arg. l. fin. C. de statutis. l. suo victu. 18. ibi: proprio sumtu C. de  
 oper. publ. l. pen. de oper. libert. Nicol. Boër. decis. 212. n. 11. ubi  
 ait, Dominum posse ponere Capitaneum in castro suo invi-  
 tis hominibus suis, dum tamen expensis ipsius Domini fiat,  
 & non subditorum. Et Principem impensis absque subdi- 32  
 torum onere munimenta facere aut fortalitia erigere teneri,  
 si sufficientes redditus ex provincia sua habeat. vult Fern.  
 Vasq. Illustr. controv. lib. 1. c. 6. n. 1. & seq. Petr. Ant. de petra.  
 de potest. Princip. cap. 6. n. 40. & hos referens Joh. Franc.  
 Balthas. de oper. subditor. cap. 8. p. 144. Et Angelus in l. tur- 33  
 res 18. C. de oper. publ. existimat, Civitates & castra per ipsum  
 Principem reparari & defendi debere impensis ejusdem tam  
 tempore belli quam pacis. Quem tamen de fortalitiis pri- 34  
 vatis & ad privatum ipsius Principis usum destinatis, von  
 Fürstlichen Schlössern und Hoffstädten interpretantur.  
 Nicol. Boër. decis. 212. pr. Sanè cum castrorum custodiæ pu- 35  
 blicam totius provinciae ac subditorum securitatem respi-  
 ciant, putamus, sustentationis onus subditis incumbere,  
 quod asserunt Bechtius. dissert. de securit. cap. 3. concl. 50. ubi  
 adducit l. ad portus 7. & l. omnes 12. C. de oper. publ. Laudens.  
 tr. de Castell. q. 8. Pacian. cons. 101. n. 30. Maximil. Faust. de  
 Erario. Class. 3. consil. ord. 125. quem Balthasar d. l. refert. Et 36



- hanc posteriorem sententiam notoria Germaniæ praxis tue-  
tur; quotidie his in locis collectæ à subditis exiguntur, *zu*  
*Erhalt-und Verpflegung der Garnisonen in denen Lan-*  
*des-Festungen.* Add. Dissert. *de jure fortalit. cap. 5. n. 10.*  
37. *§ ult.* Quando verò milites à Principe destinantur ad cu-  
stodiam temporariam alicujus Civitatis, vel castelli, tunc  
annonam pro ipsis & equis à Civitate vel Castello habere de-  
bent, *l. ult. pr. C. de erogat. milit. annon. L. XII. P. Christianæ.*  
38. *Vol. 7. decis. Cur. Belgic. 140. n. 31.* Illud etiam extra dubium  
est, quod Civitas tempore belli custodiam militarem, ( vul-  
gò *Salva-Guardia* ) pro securitate sua petens, teneatur suis  
expensis eam alere. *Christianæ. d. decis. n. 32.* in civitatis enim  
privatum non regionis publicum favorem, custodia ei datur.

## IX.

39. Cæterum, Romani veteres præfidiis limitaneis assigna-  
bant idoneas possessiones, ne ipsis alimenta deessent, & ut  
alacrius pugnarent, nec in hostes ruere reformidarent, sua  
40. etiam rura defendentes. Hic Probus Imperator militibus  
Transrhenanis, quos ibi in excubiis collocarat, agros, do-  
mos & horrea ibidem sita assignavit, ut veteranis stipendi-  
aria prædia in præmium militiæ. Voquiscus *in Prob.* Tan-  
dem indulgentiâ Principum universi agri limitanei militi-  
bus addicti, cum paludibus omnique jure, puta cum pascuis,  
animalibus, servis, absque ullo tributi vel collationis onere,  
ita ut nunquam in privatorum jura agri isti transirent. *vid. l. 1.*  
*2. 3. C. de fundis limitrophis, lib. XI. tit. 59. ibiq. Perez. in Com-*  
*ment. n. 3. § seqq.*

## X.

41. Quæritur autem: *an etiam forenses ob prædia ac*  
*domos in alieno territorio sitas, ad sustentationem præsidio-*  
*rum*



*rum istius loci conferre teneantur?* Affirmatur, propterea, quod custodiarum ac praesidiorum militarium utilitas etiam in forenses redundet, dum eorum beneficio domos inhabitare, fruges colligere, &c. licet. vid. Balthasar. *d. tr. cap. 8. p. 143.* qui quidem distinctionem aliquam ex aliis adfert, quae tamen in praxi non attenditur, addatur *Dissert. de jure fortaliti. c. 5. n. 12.*

## XI.

Porro quaeritur: An etiam Ecclesia, ejusve Ministri 42. ad alendum praesidium teneantur? Regulariter negandum nobis videtur, ob privilegia, quibus sacra loca & Ecclesiastici communiter gaudent. Quod si vero praesens Reip. periculum & necessitas omnium auxilia exigat, aliud diximus. De quo necessitatis casu accipimus *textum in cap. pervenit. 2. 43. Extr. de immun. Eccles. Fraternitas tua (inquit Gregorius Papa) nullum pro nostrae vel Ecclesiae suae nomen, aut alio modo excusari a murorum vigiliis patiatur: sed omnes ad hoc generaliter compellantur, quatenus cunctis vigilantibus, melius valeat civitatis custodia procurari. Dissentire videtur Balthasar. d. tr. c. 8. p. 142. in terminis fortaliti erigendi generaliter loquens.*

TANTUM.

SIT GLORIA JEHOVAE,  
PRÆSIDIO NOSTRO,  
MAXIMO!

APPEN-



## APPENDIX.

( Ad cap. III. n. ult. )

## Thur-Cölnisches Memorial

an

Den alhiefigen Reichs Convent, um  
 Recommendation an Kaiserl. Majest. wegen  
 Satisfaction der Stadt und Festung Rheinberg /  
 des Heil. Römischen Reichs / ꝛ.

**W**r Excell. und meinen groß-  
 günstigen hoch- und vielgeehrten Herren  
 ist aus hiebevorigen / und iezigen Reichs  
 Actis, zu gnügen bekandt / was gestalten  
 unter wehrenden Truchsaß. Krieges / in  
 dem Erzstift Cöllen / die dazu unstreitig gehörige  
 Stadt Rheinberg / von dem damahligen Stadthalter  
 daselbsten / Graffen von Navenar, denen Staaden der  
 vereinigten Niederländer übergeben / und dadurch  
 man Königl. Spanischen Theils selbige zubelägern /  
 und sich deren zubemächtigen / Anlaß bekommen / auch  
 folgendes / dann jene / dann diese solche durch schwere /  
 und dem ganzen Lande zu euserster ruin außgeschlagene  
 Belägerungen an sich bracht / biß endlichen Anno 1633.  
 gedachte General- Staaden solche wieder eingenommen  
 haben / und noch de facto mit ihren Völcern besetzt hal-  
 ten. Ob man nun zwar an seiten oberwehnten Erzstiftes  
 Cöllen /







sichere Weibes = Person mit Beystand der Miliz ein Ge-  
 wisses erzwingen / so daß denen von diesem ertheilten öf-  
 fentliche Patenten, Vermöge deren alle exactiones Aus-  
 schickung und loquirung der Soldaten / bey Ihrer Chur-  
 Fürstlichen Durchl. Unterthanen verboten / zu wieder /  
 unter allerhand herfürgesuchten prætent, bald dieses /  
 bald jenes von derselben durch militärische Execution ex-  
 torquirt, und da gedachte Unterthanen einiges Holz in die  
 Stadt zu kauffe bringen / von ieglichen Wagen an dem  
 Thor ein Gewisses abgefordert / und dadurch die Ihrer  
 Chur-Fürstl. Durchl. aus dem Amte Rheinberg zukom-  
 mende Nutzbarkeiten merklich geschwächet / ja so gar  
 Bürgermeister und Rath der Stadt Rheinberg / daß sie  
 alle von denen Herren Staaden zu der Festung verord-  
 nete Pforten / Brücken / Lameyen / Corps de garde er-  
 bauen / und mit überaus schweren Kosten in reparation  
 halten / benebenst in allen Wachten / Feuer und Viecht  
 schaffen / auch die Inquartierte / mit nöthiger service  
 verpflegen müssen / angehalten / und ihnen dadurch alle  
 Mittel zu abführung der Ihrer Chur-Fürstl. Durchl.  
 schuldigen und gewöhnlichen subsidien und Landes-  
 onerum allerdings benommen werden / auch was  
 mehr ist / Ihrer Chur-Fürstlichen Durchl. eigene Gü-  
 ter nicht verschonet bleiben / dann ob zwar die Her-  
 ren Staaden zu unterschiedlich mahlen die Erklärung  
 gethan / daß Ihre Chur-Fürstl. Durchl. in dero intraden-  
 Jagt und Bürschen von der Miliz kein Schaden / noch  
 Eintrag zugefügt werden solle / so wird deroselben / ie-  
 doch das Schloß zu Rheinberg / welches durch verwar-  
 losung darvon den Herren Staaden darin Verwahrlich  
 auffge



auffgehaltenen Amonition und Pulver / meistens  
 in die Luft gesprungen / bis dato vorenthalten / und des-  
 sen annoch übriger Theil zur Amunition Hauße gebräu-  
 chet / und so wohl durch die Officirer / so sich fast alle der  
 Jagt würcklich bedienen / als die Soldatesca Ihrer Chur-  
 Fürstlichen Durchl. Bürschen ein mercklichen Schaden  
 zugefüget / benebenst von dem Gubernatore, Ihrer Chur-  
 Fürstl. Durchl. vor dero Stadt Rheinberg gelegene  
 Weyde / welche Nahmens dero selben anderen verpachtet  
 ist / de facto genossen / in gleichen auch dem Kampffer-  
 Hof / und die davon dependirende Kirche / so vermöge der  
 Herren Staaden vor diesem abgegebener Resolation, von  
 gedachten Gubernatore quittirt, und den Prælaten zu  
 Kampff wieder eingeräumet / wie nicht weniger das Ca-  
 pellanen Hauß in der Stadt Rheinberg / welches Krafft  
 zwischen Ihre Chur-Fürstl. Durchl. und den Herren  
 Staaden getroffenen Vergleichs dem Capellan / und den  
 Vicarien daselbst restituirt werden sollen / und zwaren je-  
 ner vom mehrgedachten Gubernatore, das Capellanen  
 Hauß aber von der reformirten Religion zugethanem  
 Ministro bis dato bewohnet / und wohlgedachter Herr  
 Prælat alles zubesagtem Ende zu repariren / und im Bau  
 zu erhalten angewiesen; Wann nun aber Ihre Chur-  
 Fürstl. Durchl. und dero Erzstift besagte defension der  
 Stadt Rheinberg so wohl als erst angezogene Eingriff  
 in dero Jurisdictionen / und Juribus zu höchster Be-  
 schwerung gereichen / und sie dadurch in deren Reichs-  
 oneribus der Nothdurfft nach zu concurriren gehindert  
 werden / auch ohne deme in Krafft der Reichs Constitutio-  
 nen / unilustr. Pacis einem jeden mit Stand zu den jenigen /

E z

was



was ihm unbefugter Weise vorenthalten wird / zu ver-  
 helfen / die Billigkeit erfordern will / als gelanget im  
 Nahmen / und von wegen höchstgedacht / Ihrer Chur-  
 Fürstl. Durchl. Krafft derentwegen empfangenen special  
 gnädigsten Befehl an E. Excell. mein gebührendes instän-  
 diges Suchen und Bitten / sie geruhen nicht alleine oft-  
 gedachte Herren Staaden diesen ihren Unfug zu Gemü-  
 the zu führen / und die remedirung zugesinnen / sondern  
 auff Ihre Kaiserl. Majest. das Werck dahin aller unter-  
 thänigst zu recommendiren / damit dieselbe dero im Haage  
 subultirender Rath und residenten aller gnädigst aufge-  
 ben / so wohl die Abstellung des Zolls und übriger Be-  
 schwerden / als auch die völlige Abtretung der Stadt be-  
 stens Fleißes zubefördern und dahin zu cooperiren / da-  
 mit Ihre Chur- Fürstl. Durchl. dermahlen satisfacion  
 wiederfahren möge / welches / wie es an sich selbst billich /  
 als werde es Ihre Chur- Fürstl. Durchl. im dero Herren  
 mit Stand in andern Begebenheiten zu erwiedern nicht  
 ermangeln / E. Excell.

Dienstgefliffener bereitwilligster

Petrus Holzenius.

Copia



## Copia

Literarum Cæsarearum ad generales foederati Belgii Status, cum adhortatione, ut restituant Civitatem Rheinbergensem Coloniensi Electori.

LEOPOLDUS &c.

**A**mici charissimi, benevole vos celare volumus id, quod aliunde jam ad vos perscriptum existimavimus Reverendissimum, & Serenissimum Maximilianum Henricum Archiepiscopum Coloniensem, Principem, Electorem ac Consobrinum nostrum carissimum, tam per telonii à vobis antehac Rheno incompetenter Rheinbergæ impositi continuationem, quam alias molestaciones atque onerum impositiones, quibus se eadem Civitas, Subditiq; ac territorium Rheinbergense noviter à vobis prægravari senti-

E 3

ant,



ant, non minus pro Superioritatis suæ territorialis, jurisdictionisque ac regalium salvatione, quam ipsiusmet urbis modò dictæ præter culpam quameunque suam contra jus fasque detentæ recuperatione cōactum se tandem existimasse, ut rem totam ad Electores, Principes & Status Ratisbonæ adhuc in Comitibus Imperialibus congregatos deferret, repræsenteretque pluribus, quem in modum expectationem suam, quod dictum Trucksessani & Belgicorum successivè bellorum occasione occupatam Civitatem Rheinbergam, vel ex propria ac multoties repetita promissione Vestra ad iteratas missiones sollicitationesq; suas restitutori tandem essetis, ni tantū fefelleritis, ut superioritatem etiam atq; jurisdictionem suam territorialem per supra dictam telonii impositionem, aliasque molestationes Civium ac subditorum directè impetere non dubitaveritis, dictos sacri Imperii Electores, Principesq; ac Status enixè requiringdo, ut, quod Sacri Imperii Cōstitutiones, quodque ipsum Pacis Germanicæ Instrumentum monet, ac jubet, sibi dictis nominibus non pro memoratorum solum gravaminum abolitione, sed ipsa etiam Civitatis detentæ recuperatione præstò esse vellent.

Sanè



Sanè cum dicti Status Ratisbonæ congregati,  
 rem ante omnia ad nos pro benevola interpositi-  
 one nostra referendum existimaverint, eas officii  
 nostri Imperatorii partes eo quidē minus subter-  
 fugere, aut voluimus, aut debuimus, quo non so-  
 lum apertius, quod Archi-Episcopatus Colonien-  
 sis, sicuti bellis Hispano Belgicis nunquam se im-  
 plicuit, ita haut quicquam eo nomine luere de-  
 beat, sed de cætero etiam evidentius quid consilii  
 contra ejusmodi urbiū territoriorumq; ac fortal-  
 litorum suorum usurpationes, atque aggrava-  
 tiones necessitas, ipsaque apprehensio, ne ex-  
 emplum ad ulteriora serpat. S. J. Statibus in  
 commune sit suggestura. Ac faciendum proin-  
 de Nobis duximus, ut de his amicè Vos certio-  
 res faceremus, benevolè requirentes, quo pro  
 laudabili Vestro bonæ vicinitatis cum Imp. Sac.  
 conservandæ studio, abolitis imprimis atque cas-  
 satis præmemoratis Telonio atque impositioni-  
 bus re tandem ipsa etiam dictum locum Rhein-  
 bergensem præsidio Vestro evacuare ac in præ-  
 fati Reverend. ac Sereniss. Electoris Colonien-  
 sis manus restituere velitis, prout hoc summæ  
 æquitati, propriisque promissis vestris, ac mu-  
 tuæ



tuæ correspondentiæ juxta ac amicæ vicinitali  
 quam maxime est consentaneum, super qui-  
 bus, si opus sit, consiliarius Noster illic resi-  
 dens, honorabilis noster, sacrique Imperii fide-  
 lis dilectus Johannes Kramprick, vobiscum plu-  
 ribus Nostro nomine aget, cui, ut in iisdem fi-  
 dem habeatis, amicè postulamus. Cæterum  
 propensum benevolentia Nostræ Cæsareæ affe-  
 ctum Vobis confirmantes. Datum Viennæ 17.  
 Februarii. Anno 1671.





Bibliothek  
KOD.B.  
KOD.B.  
KOD.B.



Samptibus  
Compar  
KOD.B.  
KOD.B.  
KOD.B.

